



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

11. Charitas per morbos inflam[m]ata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

296 Cap. XXVIII. Duodecimus morbi causa, ut virtutes excitentur, cuiusque ad illos tolerandos dolores; quas vires augere queat, si expediat; uti & morbos sua potentia tollere, siue per apta medicamenta, siue etiam per contraria. Cum qua potentia agnoscit coniunctam bonitatem, ut suos plus diligat, quam ipsi se metiplos. Hinc porro confidit, eum sua providentia nihil statuisse, quod non dirigat ad ægrotantis salutem, siue statuerit morbum, siue sanitatem.

XI.

Pfal. 13. 4.

Aneas Syl-  
vius in hist.  
Bohem.

Apoz. 7. 17.  
et 11. 4.

Eccli. 38. 9<sup>a</sup>

XII.

4. Æger, dum credit, sperat; dum sperat, orat pro sanitate. Sed quia illi conscientia suggerit, non dignos esse, qui exaudiantur, Dei inimicos, cogitat de peccatis per poenitentiam expungendis; iuxta illud: *Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt*; cogitat de placando Deo; cogitat de inferni supplicij, ad quæ, si comparentur omnes morbi, umbra sunt. Wenceslaus Bohemix rex, cum, toto exercitu profligato, & viribus fractis, captivus teneretur, rogatus, *Quo animo essis?* Respondit: *Numquam meliore. Cùm enim, inquebat, omnibus humanis presidij vallatus essem, vix de Deo cogitandi spatium daretur; nunc illis omnibus exutus Deum solum cogito, & in eo spem meam colloco, qui me, sat scio, non deseret, sed innocentem exaudiet.* Ad eundem modum, qui negotiorum magna multitudine ac varietate distracti, animum ad sidera attollere non possunt, per morbos in lectulum coniecti, incipiunt ad se redire, vitæ fragilitatem, fortunæ fugacitatem, humanam calamitatem, denique tristissimam damnatorum, & lætissimam beatorum æternitatem meditari. Hinc patientia exurgit. Hinc pia suspiria. Hinc sancti gemitus, & desideria illius regionis, in qua *absterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum.* Hinc antè actæ vitæ poenitudo. Quamobrem, cum sapiens dixisset: *Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse te curabit*: mox adjecit: *Averte a delicto, & dirige manus, & ab omni delicto mundetur tuum. Da suavitatem, & memoriam similaginis, & impingua oblationem, & da locum medico, non solum corporis, sed etiam spiritali: ipsi verò Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorū, & sanitatem, propter conversationem eorum.*

5. Inde vilescunt terrena, cælum sapit, & extincto rerum caducarum amore, diuina appetuntur, quorum desiderio  
animus